



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

### **Carminvm Iacobi Albani Ghibbesii, Poetae Lavreati Caesarei, Pars Lyrica**

**Gibbes, James Alban**

**Romae, 1668**

In Chalybem, Antimonarchicvm, de secta Illuminatorum. Ei insultat, quòd fugiens reducti Regis imperium, dissimulator Romæ viuat potiùs sub regno Pontificis. Ode IV.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-13378**



IN CHALYBEM,  
ANTIMONARCHICVM,  
*de secta Illuminatorum.*

*Ei insultat, quod fugiens reducti Regis imperium, dissimulatur Roma utuat potius sub regno Pontificis.*

ODE IV.

Q Vid obsoleti Coccygis pars rancida  
(Vox digna vestris cœtibus)  
Quid hîc negoti, furcifer, tandem tibi est  
In vrbe sanctâ Romuli?  
Egit tumultus quippè desperatio,  
Post regis accessum, foras.  
Ut Sol tenebras discutit, sic mentibus  
Est visus atris Carolus.  
Sed cur Latini mitra non terret patris,  
Plusquàm corona, perfidum?  
Mane: mane: te pellis haud tuebitur  
Agnina, vulpem supprimens.  
Palàm magistro fassus addictum Petro,  
Inuisus oblatrat canis.  
Illuminatum sequè iactat desupèr,  
Vinctæ culinæ ganeo.  
O Dî! corusco facite dignum nomine,  
Fractis in ipsum nubibus.  
Splendere vel tu, licitor, i Floræ dato,  
Struem aggerens astris parem.  
Scimus, minorem nupèr ut Bortum faces  
Tulêre cœlestem Stygi.

IN MALVM MEDICVM,

*arcanorum Chymia ostentatorem insolentem, qui miserè emendicata purpurati cuiusdam Patris tutela pestis Romanæ tempore latitabat.*

ODE